

sibus sat confertis teneris (crassit. circiter 0,0025 millim.). Ad ramos Sorbi aucupariæ prope Helsingfors\*), fine mensis Martii 1863, sub epidermide et circa stroma Sphaeriæ Sorbi Schmidt. diffusum (interdum latitudine pollicari et ultra). Sporæ omnino sicut in Sph. ovina Pers. (Curr. Sphær. in Linn. Trans. 1859, t. 57, f. 16), sæpe quasi vacuolo (ut dicunt) vesiculoso medio. Peritheciū fusconigrum vel nigrum, interdum in statu vivo olivaceo-nigricans. Subiculum concolor nigricans tenue aut obsoletum. In Sph. spermoide Hoffm. affini sporæ longit. 0,020—30 millim., crassit. 0,0045—0,0065 mm., crassit. 0,0045—0,0065 millim., haud raro c. si spurie 1-septatae.

*Sphaeria dacrymycella* Nyl. (Nectria.) Apothecia (perithecia) aurantiaco-lutea subtremelloidea minuta (! it. circiter 0,2 mill. vel pauxillum ultra) hemisphærica prominula, apice depressiuscula; sporæ 8næ fusiformes, tenuiter 1-septatae, longit. 0,016—18 millim., crassit. 0,004—5 millim., paraphyses propriæ nullæ. Ad caules Urticæ in Tavastia Finlandiæ (F. A. Karsten). Non confundatur cum Peziza fusarioide Brk., quæ epithecium habet discoideum (est Discomyces) depresso, thalamum paraphysibus præditum (datur in Desmaz. Cr. Fr. No. 1063); sporæ ambabus sat similes. Apothecia juvenilia dacrymycellæ omnino innata, deinde denudata.

---

W. Nylander, Lichenes quidam scandinavici novi  
(Flora 1863 N. 20).

*Lecanora vitellinula* Nyl. Similis pyraceæ, sed apotheciis vitellinis (sæpius sat confertis) et thallo (obsoleto vel tenuissimo) subindeterminato vel vix determinato, flavescente (vitellino-flavescente). Sporæ longit. circiter 0,0011 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim. Ad alnos in Lapponia orientali (N. J. Fellman). Differt „Callopisma vitellinellum“ Mudd. jam margine apotheciorum majorum thallino subcrenulato.

*Lecanora diphyes* Nyl. Similis fere Lecideæ parasemæ (latypeæ) Ach., sed sporæ fere sicut in *Lecanora phlogina* (incolores ellipsoideæ loculo apice utroque præditæ, interdum tubulo jungente, 0,019—15 millim. longæ, 0,005—7 millim. crassæ), *Gelatina hymenea* et thecæ iodo intense cœrulecentes. Ad saxa in Lapponia orientali (N. J. Fellmann). Species

---

\*) Notandum est Sphaeriam Laburni Pers. in Finlandia meridionali sat frequenter mense Novembri et ineunte vere inveni ad ramulos dejectos Sorbi aucupariæ. Sporæ ei fuscescentes 5—7-septatae (et aliquoties longitudinaliter divisæ), longit. 0,023—0,034 millim., crassit. 0,010—14 millim.

maxime paradoxa et singularis, licet ad faciem externam parum notabilis\*).

*Lecanora albolutea* Nyl. — Thallus albus tenuis effusus vel evanescens; apothecia ochraceolutea mediocria (latit. 1—2 millim.) plana immarginata vel margine epithallino albo saepe praedita (vel receptaculo toto ita albo), saepe inaequalia et complexa, intus alba; sporae (ut in *Lecanora fulvolutea*) longit. 0,014—18, crassit. 0,007—8 millim. Supra muscos pulvinatos in Lapponia orientali eam in insulis Maris Albi legit G. Selin.

*Lecidea incolorella* Nyl. Thallus tenuis virescens effusus (*Glœocapsa instrutus*); apothecia albohyalina minuta (lat. 0,3—0,04 millim.) planiuscula; sporae ellipsoideæ simplices (aut obsolete tenuiter 1-septatæ), longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,0045 millim., paraphyses mediocres pauci-articulatae, apice quoque et hypothecia incoloribus. Gelatina hymenea iodo vinose rubens. Ad lignum abiegnum putridum prope Helsingfors. Paraphyses crassiores et articulatae eam separare videntur a *Lecidea lutea*.

*Lecidea Kolaënsis* Nyl. — Facie externa fere ut in *L. euphoroide*, thallo albo areolato-granulato; apotheciis nigris (raro pro parte pallescentibus), intus albidis, sat confertis; sporae oblongæ simplices, long. 0,011—0,021 millim., crassit. 0,004—0,0045 millim., paraphyses haud discretæ, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo cœrulescens, dein vinoise rubescens. Ad ligna in Lapponia orientali, prope Kolam, legit N. J. Fellman. Etiam saxicola ibidem ad Mare Glacie; interdum ecrustacea ad lapillos calcareos. Accedit ad Lecideam turgidulam Fr. Forma dolosula Nyl. ecrustacea, facie fere Lecideæ anomala (apotheciis nigris vel rarius pallescentibus in eodem specimine), sporis simplicibus longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,0045 millim., paraphyses non discretæ; gelatina hymenea iodo cœrulescens, deinde obscure vinoise rubens vel violacee tincta. Ad ligna prope Kolam (Fellman).

*Lecidea discoidella* Nyl. Affinis Lecideæ globulosæ Flk. sed apotheciis fusconigris vel subnigris paullo majoribus (latit. 0,5—0,6 millim.), planis, marginatis, intus albidis; sporæ 8næ oblongæ vel fusiformi-ellipsoideæ 1-septatæ, long. 0,009—0,0011 millim., crassit. 0,004 millim., paraphyses haud discretæ. Ge-

\*) Apotheciis lecideinis distat a genere *Lecanora*, sed hymenio convenit cum stirpe *Lecanoræ cerinæ*. Thallo et spermatiis et habitu convenit cum *Lecidea parasema*. Est stirpis propriæ inter stirpem *Lecanoræ disparatae* Nyl. (Thalloid. *lecanorini* Anz.) et stirpem *Lecanoræ sophodis*. *Spermogonia incoloria*. Paraphyses apice nigricant-clavatae; hypothecium incolor vel subicolor. Nulla species satius quam hæcce ostendit, quomodo confluunt omnino Lecideæ et *Lecanoræ*, tamquam pluries in scriptis meis indicavi; atque jam ea re absurditas Massalongianismi manifeste demonstrari videtur.

latina hymenea iodo cœrulescens, deinde obscurata. Ad ramulos denudatos prope Kolam in Lapponia orientali (Fellman).

*Lecidea boreella* Nyl. Thallus cinerascens vel cinereo-virescens tenuissimus subeffusus inæqualis, continuus vel obsoletus; apothecia nigra (vel fusconigra) convexula minuta (latit. circiter 0,3 millim.), intus obscura; sporæ 16næ sphæroideæ, diam. circiter 0,005 millim., paraphyses non discretæ, hypothecium dilute luteo-fuscescens vel sordide lutescens (lamina tenui visum). Supra terram sabuloso-humosam ad Kolam (P. A. Karsten). Affinis *Lecideæ* improvisæ, et paraphyses similiter tubulis modo indicatæ. Gelatina hymenea iodo vinoise rubens (præcedente passim cœrulecentia obsoleta). Thallus Protococco, ut videtur, immixtus\*).

8e Notice sur quelques espèces nouvelles ou inédites pour la flore belge, par G. D. Westendorp. (Bulletin de la Société royale de botanique de Belgique. Tom II. N. 3.).

*Xylaria coronata* West., in Herb. — *Sphaeria Guepini* Moug.? in Herb. Franq. — Icon. nostr, fig. 1, a, b, c, d. Tige allongée, mince, stipitiforme, tortueuse, inégale et bosselée, longue de 35 à 40 mill., s'évasant vers le haut en une tête conique de 4 mill. de longueur, surmontée de 3, 4 ou 5 appendices digitiformes d'environ 2 mill. de longueur. Périthèces rares, petits, immergés, placés vers le haut de la tête et devenant saillants. Ostioles papilliformes. Thèques cylindriques, octospores, unisériées, longues de 1 dixième de mill. et entourées de quelques paraphyses rares; hyalines et simples. Sporidies brunes, ovales, translucides, mesurant 3/200es de mill. dans le grand diamètre et 1/100e de mill. dans le petit. Toute la plante a une teinte noir brunâtre sale; la tête est entourée d'un velouté brunâtre et la chair est blanche. Croissait sur le bois pourri d'une vieille racine, dans un jardin à Courtrai. M. Franquinet l'également trouvée dans un jardin aux environs de Mæstricht.

*Dumortieria siliquastri* n. sp. Icon. nostr, fig. 3, g, h, i. Pustules aplatis, confluentes, irrégulières, assez grandes, ayant jusqu'à 10 à 15 cent. de longueur, rugueuses, d'un gris sale noirâtre et fendillées transversalement. Périthèces noirs,

\*) De *Lecidea gyrizante* Nyl. Lich. Scand. p. 231 animadvertisatur, me eam optimam legisse ad Holmiam apotheciis rite evolutis (gyrosis), sporis longit. circiter 0,011 millim., crass. 0,007—8 millim., hypothecium fuscum, paraphyses non discretæ. Gelatina hymenea iodo vinoise rubescens. Graniticola. — *Lecidea urceolata* Th. Fr. Aret. dicere liceat *Lecideam sociellam*, nam nomen „urceolata“ jam ab Achario datum est alii; etiam in Lapponia orientali adest.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1864

Band/Volume: [3\\_1864](#)

Autor(en)/Author(s): Anonymus

Artikel/Article: [W.Nylander, Lichenes quidam scandinavici novi 86-88](#)